




Disputationis
De Vera Jurisprudentia

THESES I.



Cturi de vera JURISPRUDENTIA quædam principia præmittemus, ex quibus illa deduci potest, absque veris enim & genuinis principiis nil quicquam certò sci-ri potest, Arist. lib. I. post. Analyt. Ac initio supponendum est, hominem natura du-cente ferri ad colendam aliquam societatem, homo enim na-scitur nudus, omniisque ferè ope & auxilio destitutus, vid. Se-necam *de beneficiis* lib. 4. cap. 18. Inter quos verò natura con-stituit indigentiam, inter eos haud dubio vult coli societatem, per quam illa inopia suppletur, Arist. lib. I. polit. cap. 2. So-cie-tas verò juxta Arist. lib. I. polit. cap. 1. alia est simplex, alia mix-ta : illa, ut conjugalis, paterna, herilis ; ex his mixta, domus, vicus & civitas : ex qua verò societate hæc indigentia supple-ri possit, non est adeò evidens. Et licet primæ illæ & simplices so-cietates in eum finem à natura sint institutæ, ut beneficio il-larum, quibus homo indiget, acquirantur, illæ tamen sola-

A 2

non